



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis criminalibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1766

Titulus XIII. De Schismate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68185)

sunt etiam plerumque legitime impediti, ut non possint adire sanctam Sedem, ob quam rationem potest absolvere Episcopus jure ordinario.

TITULUS XIII. DE SCHISMATE.

*Conf. Lib. V. Decretal. Tit. 8. In Sext.
Tit. 3. Extrav. com. Tit. 4.*

§. 160.

HÆRESI affine est *Schisma*, quod *Schisma* juxta græci nominis etymon divisionem significat, & definiri potest *separatio a corpore Ecclesie orta ex superbia membrorum, auctoritati ejus se submittere recusantium, in articulis ad unitatem ejus conservandam necessariis.* Tales articuli sunt unitas fidei, participatio eorundem Sacramentorum, submissio animi, qua inferiores obediunt legitimis Superioribus sub uno Capite Vicario Christi, in quantum hic est universalis & visibilis Ecclesie Caput. Separatio in his vel est formalis hæresis, vel fit per spiritum contumaciæ & rebellionis, quo Ecclesiasticæ auctoritati debitum obedientiæ jugum excutitur, ac capitis
in

in membra influxus obturatur. Unde S. AUGUSTINUS Schismaticum esse dicit sacrilega discessione, hæreticum autem sacrilego dogmate.

Plerumque conjunctum cum hæresi. §. 161. Nihilominus schisma plerumque vel est filia, vel paulo post erit mater hæreseos. Nam aliqui hæretici confingunt hæretica dogmata, et recte ab Ecclesia recessisse videantur, alii ore tenus schisma detestantur, tamen contumaciter Decisiones Ecclesie vim legis habentes rejiciunt, dum Sedi Romanæ Primatum concedentes, ejusdem in universam Ecclesiam jurisdictionem agnoscere recusant. *Neque enim aliunde hæreses ortæ sunt, aut nata sunt Schismata, quam inde, quod Sacerdoti DEI non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex via Christi cogitatur 79.)*. Separare se ab universali seu Catholica Ecclesia conuincitur,

79.) S. CYPRIANUS Epist. 55. ad Cornelium. PAMELIUS in Not. 27. ostendit Cyprianum, quamvis alibi de se & Episcopis omnibus loqui videatur, nihilominus cum hoc loco, tum præteritum initio libri de unitate Ecclesie, de solo Romano Episcopo intelligendum esse.

citur, qui non veneratur summam
autoritatem visibilis Capitis, super
quam ædificata est Ecclesia. Roma-
na enim & Apostolica Sedes est cen-
trum unitatis & Ecclesiæ fundamen-
tum, cui incumbere necesse est ce-
teros lapides, ut ædificium peren-
naturum extruatur: & exortem se my-
sterii intelligeret esse divini, qui ausus
fuisse a Petri soliditate recedere 80.).

§. 162. Ab ortu disseminati Evan- *Recen-*
gelii dabantur Schismata & scissiones *sentur*
in Ecclesia Christi, quod ex Epistolis
S. Pauli discimus. Singularem au-
tem memoriam in Historiis Ecclesia-
sticis obtinet I. Schisma *Novatianorum*,
nomen trahens a Novatiano, qui se-
culo tertio a spe obtinendi Pontifi-
catus dejectus, fautore Novato,
obedientiæ legitime electi Pontificis
CORNELII se suosque subduxit, & Epi-
scopos Orientis ac Occidentis ad eum
deferendum per emissarios suos soli-
citavit.

80.) S. LEO Epist. 89. ad Episc. Vien-
nens. **INNOCENTIUS III.** Lib. 2.
Epist. 209. solidissime explicat & defen-
dit universalem Jurisdictionem Roma-
ni Pontificis.

De Judic. Crim.

citavit. Schisma istud mox infecuta est Hæresis, quæ per longum tempus Ecclesias divisit, ac turbavit. II. Schisma *Donatistarum*, qui iudicio Melchiadis Papæ se submittere nolentes, mystico Christi corpori gravissimum vulnus inflixerunt. III. Schisma *Photii*, qui ingenii dotibus, quas depravatis affectibus junxerat, abusus, ut a fulminibus NICOLAI I. Romani Pontificis in Sede Constantinopolitana malis artibus occupata, se tutum præstaret, Ecclesiasticam jurisdictionem in manus laicæ potestatis transtulit, & Græcorum Episcoporum animos pestifero ambitionis, & seditionis spiritu infecit, ut demum funestum illud schisma inter Græcos & Latinos erumperet, quod Græcorum Ecclesiam & Imperium in miserissimam, quam adhuc videmus servitutem redegit.

Varia

§. 163. IV. Non absimili fato Ecclesia Occidentalis turbata fuit per dirum schisma Seculo decimo quarto circa annum 1378. exortum ex pertinacia & ambitione quorundam Cardinalium, qui dum debitam reverentiam & obedientiam non præstabant suo Capiti, id demum effectum est ut

ut tres Pontifices se ostentarent orbi, ignaro, quem potissimum pro legitimo Christi Vicario veneraretur, donec in Concilio Constantiensi Anno 1417. eligeretur MARTINUS V., & residuæ Schismatis favillæ paulo post cum JOANNE GERSON, schismaticarum doctrinarum fautore §1.) omnino extinguerentur, annitentibus præsertim Germaniæ Principibus, quorum ope paulo post in Synodo Basileensi jam erumpens Schismatis incendium, stabilitis Concordatis Germaniæ sopitum fuit §2.).

§. 164. V. Demum ad initium Seculi decimi sexti ex doctrina Lutheri

*Schisma-
ta.*

N 2

ri

§1.) Multa de hoc Viro legi possunt in Actis Concilii Constantiensis, editis ab HERMANNO VON DER HARDT. Item in Præfatione, quam M. DU PIN præfixit secundæ editioni Operum ejus.

§2.) Pro tali casu plurium Pontificum, quando prudenter dignosci non potest, cujus electio sit legitima, interim neutri esset adhærendum: sed quilibet fidelis sub obedientia sui Episcopi studeat esse membrum Ecclesiæ & veneretur Caput ejus Christum, donec Ecclesia determinaverit certum Caput visibile. Vid. SUAREZ de Schismate disp. 12. sect. 1.

ri, Calvini & aliorum, Pontificie
 auctoritati adversantium, initium sum-
 psit schisma Ecclesiarum in Germa-
 nia aliisque vicinis Provinciis 83.),
 devastatione regionum, & effusi san-
 guinis fluminibus nondum extin-
 ctum. Post contemptam Romani
 Pontificis auctoritatem, in exar-
 vocata est Jurisdictio Episcoporum,
 & per magnam Germaniæ partem
 conquiescere jussa: hac suppressa,
 subditi eadem innovandi licentia &
 impellente rebellionis spiritu aude-
 bant curiosius indagare, unde & ex
 quo jure profluat tam illimitata Do-
 minorum suorum in subditos, eo-
 rumque Bona potestas, quæ nec an-
 tiquitate temporis, nec originis san-
 ctitate Ecclesiasticam potestatem an-
 tecedat. Quantæ autem inde secute
 sint turbæ, quantæ devastationes &
 ruinæ Provinciarum, non tam in
 omnibus ultimorum seculorum histo-
 riis

83.) De Schismate Regis Angliæ HEN-
 RICHI VIII. circa illud tempus exortum
 videri potest NICOLAUS SANDERUS de
 Origine ac Progressu Schismatis Angli-
 cano.

riis legimus , quam oculis adhuc
aspicimus & lugemus.

§. 165. Mirum quidem non est, <sup>Novi Schisma-
tum fau-
tores</sup> quod nonnulli Scriptores A catholici, qui nihil magis, quam unitatem Ecclesiae averfantur, post firmatam ut-
cunque pacem, libros *de libertate Eccle-
siarum Germaniae* in publicum pro-
trudant 84.), confarcinatis undequa-
que gravaminibus jam pridem paci-
fice abolitis : sed omnem virorum
prudentum admirationem superat,
quod his temporibus, ubi passim
Christiana Religio malis moribus &
pejoribus doctrinis subruitur, non-
nulli Catholico nomine gloriati, ve-
xillum Schismatis erigere, & contra
antiquissimam autoritatem ac Juris-
dictionem Romani Pontificis seditio-
sis libris animare audeant I. Principes
Christianos, bene gnaros, eandem
Potestatis suae questionem a seditio-
sis & jugi impatientibus subditis sibi
moveri posse. II. Episcopos Eccle-
siae Catholicae, qui imminuta Roma-
ni Primatus autoritate, omnem vi-
gorem Episcopalis Jurisdictionis lan-
guescere, & contempto Petri Suc-
cessore,

N 3

cessore,

84.) JOANNES SCHILTERUS, aliique.

cessore, reliquorum Apostolorum Successores conculcari sentient, quod multarum Ecclesiarum Prælati ab exordio hujus Schismatis Germanici senserunt, & adhuc sentiunt gravissime. III. Universitatum Professores, qui sua privilegia a Sede Romana obtinuerunt, & si ejusdem infallibilitate destituantur, sacras doctrinas cujusvis Magistratus lubricitati accommodare debebunt.

*Ineptum
præbent
medium*

§. 166. Id summopere contra rectam rationem pugnare videtur, quod ejusmodi Novatores doctrinam suam ad reuniendos dissidentes in religione Christianos aptissimam jactare ardeant: cum tamen, ut experientia singulorum seculorum docet, ad hæresin excitandam, & promovendam nulla certior sit via, quam rupto unitatis vinculo ab autoritate Ecclesiæ Romanæ discedere. Quando autem dicunt, se solummodo potestatem Pontificum ad justos limites reducere, nequaquam abrogare; vox hæc est pluribus hæreticis communis, qui inane Primatus nomen in Cathedra Romana retineri facile tolerant, modo illi agendi ac judicandi potestas in rebus ad religionem pertinentibus

tibus eripiatur, ut proin nullus superfit circa controversias fidei & morum disciplinam Judex competens in Ecclesia. Cum autem omne Schisma infamem arrogantiae notam, negata subjectione sub legitima potestate, secum ferat: singularis tamen jactantiae atque superbiae argumentum est, dum nonnulli asserere non verentur, inutilia prorsus media gemino priori seculo ad reuniendos A catholicos esse adhibita; sed horum voluntati ex odio Pontificii dominatus sauciatae remedium non aliud debuisse afferri, quam compescendo dominatum Pontificis Romani. Cæcutiebant igitur Patres Tridentini, Imperatores ac Principes Catholici, quod unicum hoc tot malorum remedium non agnoverint: nunc autem DEUS illustrat Germaniam orthodoxam, ad applicandum pro reuniendis A catholicis tale remedium, quo adhibito Catholici non solum iisdem erroribus involverentur, sed Germania tota supremo & infallibili Rectore destituta, in abominationum barathrum circa dogmata fidei recideret.

§. 167. Si quis dissidentes hoc me- *Ad re-*
dio reuniendos esse existimat, quem, *uniendos*

N 4 amabo,

*Acathe-
licos.*

amabo, ex suis erroribus acatholicis deposituri sunt in gratiam exautorati Pontificis? Damnavit Concilium Tridentinum doctrinas varias de Eucharistia, aliisque Sacramentis, de Sacrificio Missæ, de Justificatione, de Indulgentiis, de veneratione & invocatione Sanctorum &c. in quo igitur ex his articulis consensuri Concilio fuissent acatholici, si simul abrogatus fuisset dominatus Pontificis, aut in quo nunc assensuros credimus, si recentium Novatorum doctrinam Catholici Principes, Episcopi & Theologi assumerent? Pergerent acatholici inhaerere erroribus suis, multoque Catholicos ad eosdem amplectendos pertraherent. Politia hodiernorum reformatorem eo tendit, tollendum esse Judicem, ut crimina cessarent; abigendum esse Pastorem, ut oves cum lupis pacifice viverent; destruendam esse regulam credendi, ut omnis eliminetur fides Divina, inducereturque Indifferentismus, Libertinismus, Atheismus. Ex his abunde constat, debilitata potestate Romani Pontificis, induci perniciosum schisma, quo nullum est medium

dium ineptius ad reuniendos dissi-
dentes 85.)

§. 168. Si Schisma hæresin conti-
neat, locum habent pœnæ hæretico-
rum. Si autem Schismatici circa
dogmata fidei concordés sunt cum
Romana Ecclesia, ob pertinaciam ta-
men suam & inobedientiam incidunt
in excommunicationem Pontifici re-
servatam per Bullam Cœnæ 86.), Col-
lationes beneficiorum, absolutiones
& omnes actus jurisdictionales inva-
lide peragunt 87.): Collationem au-
tem factorum Ordinum ab Episcopo
Schismatico factam, validam esse,
regulariter dicitur: licet enim Epi-
scopus Schismaticus privetur Juris-
dictione & potestate Ecclesiastica,
retinet tamen characterem ordinis:

N 5 ordi-

85.) Vid. Tractatus de Schismate, cujus
Autor nomine CHRISTIANUM, cogno-
mine CATHOLICUM se vocat, ex gal-
lico latine redditus a LIVINO DE
MEYER S. J.

86.) Pœnæ a BONIFACIO VIII. C. un-
de Schismat. in 6. in Columnenses latæ,
revocatæ sunt a BENEDICTO XI. in
Extravag. inter com. eod. tit.

87.) C. 1. & 2. de Schismat.

Quid sen-
tiendum
de Epi-
scopis
Anglica-
nis?

ordinatus autem a Schismatico sus-
sensus est ab executione ordinum.
§. 169. Unde censent aliqui, Epi-
scopos & Presbyteros Anglicanos va-
lide esse ordinatos. Sed nullitatem
harum ordinationum demonstrare co-
natur MICHAEL LE QUIEN contra
mosum Petrum Franciscum le Col-
rayer. Antiquiores etiam Scripto-
res Angliæ, præsertim THOMAS STRA-
PLETONUS 88.) testantur, Episcopos Eli-
sabethæ Reginae, a quibus reliqui fue-
runt ordinati, non fuisse veros Epi-
scopos per manuum impositionem ab
aliis Episcopis ordinatos, quod præ-
cipue Le Quien ostendit de Matthæo
Parcker Archiepiscopo Cantuariensi
sub Elisabeta, a quo reliqui Episco-
pi ordinati sunt. Quidquid sit de
hac quæstione facti, certum est, or-
dinatos ab Episcopo Schismatico, ip-
so jure suspensos esse ab exercitio
ordinum; & collationem Beneficiorum
Ecclesiastici omnino nullam & irritam
esse; & de hac suspensione functio-
num ordinis, ac nullitate provisio-
nis, intelligendos esse Canones, qui
ejusmodi ordinationes dicunt esse
irritas.

II-

22.) Propugnac. ffd. lib. 2. c. 8. & alibi